Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Fres sum quoniam
diligentibus deum
omnia cooperantur in bonum
his qui secundum propositum
vocati sunt sancti. Quos
praesciuit et praedestinauit
conformes fieri
imaginis filii sui ut sit
ipse primogenitus in multis
fratribus. Quos autem praedestinauit hos et vocauit
et quos vocauit
hos et iustificauit et
quos iustificauit illos
et glorificauit. Quid
ergo dicemus ad haec. Si
deus pro nobis quis contra
nos. Qui etiam pro filio
suo non pepercit sed pro nobis
omnibus tradidit illum. Quo
modo non etiam cum illo nobis
omnia donauit. Quis ac
cusabit adversus electos
dei deus qui iustificat
quis est qui condemnet
christus iesus qui mortuus
est imo qui et resurrexit
qui est ad dexteram dei qui
etiam intercedit pro nobis
Quis ergo nos separabit
a caritate christi. Tribula
tio an angustia an persecu
tio an fames an nudi
tas an periculum an gladius
sicut scriptum est. Quia propter
te mortificamur tota die
estimati sumus sicut oves
occisionis. Sed in his om
nibus superamus propter eum
qui dilexit nos. Certus sum
enim quia neque mors neque vi
ta neque angeli neque prin
cipatus neque virtutes neque
instantia neque futura neque
fortitudo neque altitudo neque
profundum neque creatura alia
quam potest nos separare a
caritate dei quae est in christo
iesu domino nostro. Ad Ephesios
Fres iam non estis hos
pites et advenae sed
estis cives sanctorum et domes
tici dei super aedificati super
fundamentum apostolorum et
prophetarum ipso summo angu
lari lapide christo iesu in quo
omnis aedificatio constructa
crescit in templum sanctum in